Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. III. Formula der Reichs-Stände Ratification.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648 Julius. norum Electum Imperatorem (fiat integer tit.) ejusque Confœderatos & adhærentes ex altera parte, non ſine multa Chriſtiani ſanguinis profuſione & multarum Germaniæ Provinciarum deſolatione, armis ſatis vehementer decertatum ſit, tandem inſtituto ea de re, juxta Conventionem Hamburgi die 15. Decembr. Anno Domini 1641. initam, partium utrinque belligerantium Osnabrugis Weſtphalorum Congreſſu, poſt longos & laborioſos Tractatus inter Nos Regnumque noſtrum, tum prædictum Imperatorem & Sacrum Romanum Imperium Domumque Auſtriacam, per utrinque deſtinatos huic Congreſſui Legatos & Plenipotentiarios, divina favente clementia Pacem & Amicitiam concluſam & ad Ratificationem noſtram perfectam eſſe forma, modo ac tenore ſequenti. 1648. Julius.

„ *Inſeratur Inſtrumentum Pacis.*

Cum igitur hæc omnia & ſingula per noſtros Legatos & Plenipotentiarios &c. wie in dem nechſt vorhergehenden usque ad: aut ut per alios contraveniatur paſſuros, quomodocunque id fieri poſſit, omni dolo & fraude excluſis. In horum omnium teſtimonium & fidem Sigillum noſtrum Regium majus huic Diplomati appendi juſſimus &c.

N. III.

Dictat. Osnabr. d. 28. Julii A. 1648. per Mogunt.

Formula Ratificationis ex parte Statuum Imperii.

N. III. Formula der Reichs-Stände Ratification.

Nos, N. N. *(titulus)* Univerſis & ſingulis, quorum intereſt, aut quomodolibet intereſſe poteſt, conſtare volumus, Nos ab aliquot Annis à Sereniſſimo ac Potentisſimo Principe ac Domino, Domino FERDINANDO III. *(tot. tit.)* Domino noſtro Clementisſimo, nec non Sereniſſima ac Potentisſima Principe ac Domina, Domina CHRISTINA, Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regina *(tot. tit.)* Conſanguinea noſtra honoratisſima, ab altera Parte, benevole invitatos eſſe, ut ad inſtitutum ab iis Osnabrugis & Monaſterii in Weſtphalia Tractatum Pacis Conſiliarios & Legatos noſtros mitteremus, conſiderantes igitur rei tantæ neceſſitatem miſimus eo N. N. tit. cum Mandatis & Poteſtate, ut nomine locoque noſtro Conventui intereſſet, omnes & ſingulas propoſitiones exciperet, cum cœteris Electoribus, Principibus & Statibus Imperii deſuper conſultaret, Vota & ſuffragia ferret, eaque omnia ageret & ſtatueret, quæ funeſto huic bello componendo Pacique reducendæ ac ſtabiliendæ conducere poſſe viderentur. Tractatu itaque per Dei gratiam eo usque perducta, ut a Cæſareis & Regiis Ordinumque Imperii & noſtris, reſpective Plenipotentiariis, Legatis & Deputatis conventum ſit in Articulos ſeptemdecim (quorum primus incipit, ſit Pax Chriſtiana, univerſalis, perpetua &c. ultimus deſinit in verba, Helvetii, Rhetiique & Princeps Tranſylvaniæ &c.) publico comprehenſos Inſtrumento, quod & à partium Commiſſariis, ſub committentium rato, ſubſcriptum & ſignatum eſt die - - Menſis - - hujus Anni - - Ideirco Nos pro jure Nobis una cum cæteris Imperii Statibus competente, dictum Inſtrumentum eoque contentam Pacis conventionem de verbo ad verbum accurate perlecta, diligenter examinata, conſiderata & perpenſa pro Nobis, hæredibus ac Succeſſoribus noſtris, virtute harum, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, Paragraphis, Punctis & Clauſulis, omni meliori modo ita approbamus, ratihabemus & confirmamus, ac ſi de litera ad literam expreſſe hic inſerta eſſent: Verbo Principali ſpondentes & promittentes pro Nobis, noſtrisque hæredibus ac ſucceſſoribus, Nos omnes & ſingulos ejus Articulos, & quicquid tota illa Pacis Conventione continetur, firmiter, conſtanter

1648. Julius. ter & inviolabiliter ſervaturos, atque executioni mandaturos, nullaque ratione vel per Nos, vel per alios, ullo unquam tempore contraventuros, aut, ut per alios contraveniatur, paſſuros, quomodocunque id fieri poſſit, omni dolo & fraude excluſis. In cujus rei teſtimonium majusque robur præſentem Ratihabitionem noſtra manu propria ſubſcriptam, Sigillo noſtro Principali muniri fecimus. 1648. Julius.

N. IV.

Declaratio Suecicæ Legationis de non ſubſcribendo illorum, cum Cæſareanis & Statibus Imperii convento Inſtrumento Pacis, priusquam etiam Gallicum ad finem deductum & concordatum fuerit.

N. IV. Schwediſche Declaration wegen aufgeſchobener Unterſchrifft des Frieden-Schluſſes.

Declarant Legati Suedici, ſicut jam ſæpius oretenus declarârunt, quod ea omnia, quæ in Inſtrumento Pacis die 6 Aug./27. Jul. Anno 1648. inter Cæſareos & Suecicos Plenipotentiarios, in præſentia Statuum perlecto & utrinque adprobato, continentur, non aliter conventa intelligantur, quam ſi Tractatus cum Corona Galliæ concludatur & eodem tempore cum Tractatu Suedico ſubſcribatur: cum nullo modo poſſit Pax inter Cæſarem & Coronam Sueciæ ſtabiliri, niſi ſimul & ſemel eadem Pax inter Cæſarem & Coronam Galliæ conſtituatur.

Ad Mandatum Illuſtrisſimæ
Legationis Suecicæ
ſubſcripſit
Juſtav Hanſon.

N. V.

Extractus des Altenburgiſchen Diarii, über den Actum Subſcriptionis Inſtrumenti Pacis.

N. V. Extract des Altenburgiſchen Diarii, betreffend den Actum Collationis Inſtrumenti Pacis.

Donnerſtags den 27. Jul. hor. 9. waren der Chur-Fürſten und Stände Geſandten auf das Rath-Haus erfordert, und proponirte der Chur-Mayntziſche Cantzlar: Es hätten dieſen Vormittag die Königlich-Schwediſchen dem Reichs-Directorio eine Formulam Ratificationis, wie ſolche von denen Principalen unter den Ständen ſelbſt auszufertigen, zugeſchicket und begehret, ſolche den Ständen vorzutragen und zu vernehmen, ob man was dabey zu erinnern, damit jedere Geſandtſchafft mit heut ablauffender Poſt ſeinem Principalen dieſelbe könne zuſchicken. Verlaß dieſelbe, darbey niemand nichts erinnerte, er aber gedachte, jeder Stand werde wiſſen, was der übliche Stylus ſeiner Cantzley gegen Kayſerliche Majeſtät und die Cronen mit ſich bringe. Das Prædicatum Majeſtatis müſſe man aber der Königin zu Schweden geben, wie auch in ipſo Pacis Inſtrumento geſchehen. In der Ratification, ſo denen Frantzöſiſchen auszuſtellen, werde Münſter der Stadt Oßnabrück vorzuſetzen ſeyn ꝛc. Uber dieſes könne er nicht verhalten, daß die Heſſen-Caſſelſche Geſandſchafft dieſen Vormittag bey dem Chur-Mayntziſchen Reichs-Directorio ſich angemeldet und vorbracht: Daß die Fürſtliche Frau Wittib zu Caſſel nochmahlen auf ihren Begehren beharre, und vor ihre Soldareſca, weil Jhro Kayſerlichen Majeſtät und Chur-Bayern willfahret worden, auch Satisfaction begehre, und von 2. oder 3. Monat Sold geſaget, auch angedeutet, Jhro Fürſtliche Gnaden wolten entſchuldiget ſeyn, wann anderer geſtalt Ungelegenheit daraus erfolge, und etwa die Execution des Friedens dadurch gehindert werden ſolle ꝛc. Von Seiten des Reichs-Directorii ſey referiret und wiederholet worden, was bishero bey denen Ständen deswegen

gen